DE RESTITVTORIO INTERDICTO.

AC DE REVOCANDA POSSESSIONE

LIBER SINGVLARIS.

Ad intellectum Reg. Pragm. Regni Neap. incipientis, Aſſiſtentiam ſub titulo De ASSISTENTIA PRÆSTANDA,

In quo præter huberem tractatum, Obligationis bonorũ, Pacti de capiendo Conſtituti, Excuſſionis, ac Hypothecariæ, nihilum penè deſiderari poteſt in materia, quin luculenter, copioseq; tractetur

HORATIO BARBATO

A S. GEORGIO MOLARIÆ,

AC EIVSDEM TERRÆ MAIORIS CVRATÆ ECCLESIÆ ABBATE, I. C. Clariſſimo, & Acutiſſimo Authore.

In hac ſecũda editione, nedùm mẽdis, quibus anteà ſcatebat expurgatus; verũ nouis etiã, eruditiſſimisq; Additionibus ab eodẽ Authore adeo illuſtratus, & auctus, vt excepto ordine, omninò recẽs, prorſusq; diuerſus Tractatus dijudicetur.

Perutilis admodùm, nedùm Cauſidicis, & in foro verſantibus, verùm pariter & ijs, qui Iuris ſubtilitates percallunt.

CVM INDICE, ET SVMMARIIS LOCVPLETISSIMIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

NEAPOLI, Per Iacobum Gaffarum. M. C. XXXVII.

Sumptibus Io. Dominici Boue.

1637

DE RESTITVTORIO INTERDICTO, AC DE REVOCANDA POSSESSIONE

Liber ſingularis.

SVMMARIVM.

1 *In aſſiſtentia iudicio quatuor cumulantur.*
2 *Pactum de capiendo unde oriatur.*
3 L. Vetuſtiſsimam C. de iur. domin. impetr. *cumulatur in aſſiſtentia iudicio.*
4 *Hypothecaria actionis vigore quid poſſit agere creditor.*
5 L. fin. C. de acquir. poſſeſs. *remedium inductum pro vendicanda poſſeſſione contra tertios poſſeſſores, non facta prius Principalis diſcuſſione.*
6 Ioannes Laurentius de Ruggerio *authoris praeceptor laudatur.*
7 *Eiuſdem praeceptoris ſui opinio circa praecariam poſſeſſionem.*
8 *In praecaria poſſeſſione vnus animus, eademque voluntas praecario rogantis, & praecario rogati.*
9 *Praecarium ciuilem tantummodò poſſeſſionem transfert, ſecundum communem Doctorum traditionem.*
10 *Interdicti reſtitutorij vis, atque ſignificatio ampliſſima.*
11 *Interdictorum quaedam prohibitoria, quaedam exhibitoria, quaedam reſtitutoria.*
12 *Interdicta reſtitutoria quae.*
13 *Reſtituere verbum idem ſonat, quod dare.*
14 *Interdictum de praecario, interdictum reſtitutorium eſt.*
15 *Praecarium dupliciter concipi poteſt inter cōtrahentes, videlicet in re propria, & in re aliena.*
16 *Praecarium ciuilem transfert poſſeſſionem in praecario rogantem.*
17 *Praecario rogans de re propria retinet naturalem poſſeſſionem penès ſe, & etiam proprietatem, ſiuè dominium rei.*
18 *Praecario rogans de re aliena, naturalem tantummodò poſſeſſionē penès ſe retinet, remanente ciuili, ac proprietate rei penès praecario rogatum.*
19 *Pro poſſeſſione vendicanda plura remedia poſſeſſoria de iure prodita fuere.*
20 *Violentiarum ſpecies vnica tantum, ſcilicet expulſiua admittitur in poſſeſſorio recuperanda.*
21 *Violentia expulſiua dupliciter conſideratur.*
22 *Vim fieri dicitur ei, qui non fuerit admiſſus ad poſſeſſionem.*

DE ASSISTENTIA BONORVM PRAESTANDA. Rubr.

Pragmatica unica in antiquis.

Aſſiſtentiam, [1] & appretium [2] contra tertium poſſeſſorem [3] pro executione inſtrumenti [4] continentis obligationem bonorum [5] pactum decapiendo [6] cum conſtitutione præcarij [7] peti poſſe. [8] Et per Iudicem concedi [9] abſque aliqua diſcuſſione contra principalem facta [10] alijs concurrentibus, quæ de iure neceſſaria ſunt [11] in aſſiſtentiæ, vel hypothecariæ cauſæ declaramus. [12]

SVMMARIVM.

1 *Aſſiſtentiæ vox quid ſignificet, & nu. 8.*
2 Marantę, *& aliorum lapſus circa aſſiſtentiæ vocis interpretationem.*
3 *Aſſiſtentia undè oriatur.*
4 L.3.C.de pign. *interpretatio.*
5 Authoris *intellectus in l.3.C.de pignor. defenditur ab impugnationibus* D.Gaiti.
6 *Legum contrarietas non eſt admittenda in ipſarum Conditoribus.*
7 *Legis ſenſus ille ſumendus eſt, qui conueniat menti legis, tametſi aliud verba indicent.*
8 *Aſſiſtentiæ vox ſecundùm* Authorem, *quæ vera ſit, & nu.9. ubi defenditur ab impugnationibus* D.Gaiti.
10 *In aſſiſtentiæ cognitione differt multùm ethymologiæ vocabulum, à fine ad quem, & per quem fuerit ea inſtituta, & quid in ea continetur.*
11 *Ethymologia vocabuli eſt ſumenda ab alluſione, non autem à contentis.*
12 *Iuſtitia undè dicatur.*
13 *Stultitia dicitur à ſtulto, quemadmodùm meſtitia à meſto.*
14 *Officium Iudicis triplex.*
15 *Officium Iudicis duplex tantùm ſecundùm* Bald. Alber. *& cæteros.*
16 *Aſſiſtentiæ cuius officij Iudicis ſit imploratio.*
17 *Decreta, quæ proferuntur officio Iudicis nobili ſunt reuocabilia, ſecus ea, quæ officio Iudicis mercennario, quæ irreuocabilia.*
18 *Decreta lata ſuper aſſiſtentia tamquam prolata officio Iudicis mercennario ſunt irreuocabilia.*
19 *Aſſiſtentia ſi fuerit præſtita ſuper multis bonis, inter quę adſint aliqua non obligata, ſi vitietur in totum, vel tantum quoad rem non obligatam.*
20 *Adiudicatio ſi fieret plus debito, in totum corruat, etiam pro ſumma debita.*
21 *Practica Sacri Regij Conſilij, Magnæ Curiæ Vicariæ, & aliorum Tribunalium in præſtatione aſſiſtentiæ, quando fuerit petita ſuper multis corporibus ſtabilibus.*
22 Ruini *diſtinctio inter tenutam, & adiudicationem iudicialem, & inter illam, quæ fit vigore pacti.*
23 *Teſtes utrum citari debeant, quando imploratur officium Iudicis nobile, & quãdo mercennarium, & utrum debeat etiam Pars citari ad videndum eorum iuramenta.*
24 *Commiſſio facta cum clauſula,* iuſtitiam faciat, *requiri Partis, & teſtium examinandorum citationem.*
25 *Per clauſulam iſtam,* iuſtitiam faciat, *non dicitur facta ſpecialis delegatio, ſed tantùm iuriſdictionis ordinariæ excitatio.*
26 *Appellatio in caſu, quo fuerit per Superiorem dictum,* quod iuſtitiam faciat, *deuoluitur non ad delegantem, ſed ad Superiorem illius, cuius fuit facta iuriſdictionis excitatio.*
27 *Differentia quæ ſit inter Saluianum utile interdictum, & aſſiſtentiam.*
28 *In aſſiſtentiæ iudicio, non tantùm de poſſeſſione agitur, verùm etiam de proprietate, ſiuè dominio rei, cuius adiudicatio petitur, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ.*
29 *Aſſiſtentia quarè alibi, & in alijs dominijs nõ imploretur, & nu.31.*
30 *Pactum de capiendo propria authoritate bona obligata à iure approbatum.*
32 *Appellationis remedium ceſsat in Regno in iudicijs aſſiſtentiæ per diſpoſitionem Regię Pragmaticæ.*
33 *Saluianum interdictum pinguius hypothecaria, & magis proficuum.*
34 *Appellationem ceſsare in Regno in iudicijs aſſiſtentiæ intelligitur, quoad finem ſuſpenſiuum tantùm, non autem deuolutiuum, nàm facta executione admittitur appellatio, & num. 35.*

36 *Ap-*